& remanent VIIII. & ecce nona die mensis XIIII luna erit id est V idus apr. Iunge
etiam concurrentes anni praesentis id est I ad VIIII. & fiunt X. his adde VII. & fiunt
XVII. hos partire per VII. bis septeni XIIII. & remanent III. tertia feria erit luna
XIIII. IIII XV. V XVI. VI XVII. VII XVIII. I XVIIII. qui est dies paschae. V id. XIIII luna
IIII id. XV. III id. XVI. II id. XVII. idus XVIII. XVIII kl. mai XVIIII. Secundo anno
post hunc VII. quia plus V sunt & minus XV ad martium pertinet XIIII luna.
quam sic requires. sume regulares martii mensis XXXII. deinde aufer VII. & remanent
XXVIIII. XXVIIII die mensis martii id est IIII kl. apr. XIIII luna tibi occurrit. Ad in
ueniendam feriam sume eosdem XXVIIII. & adde eis concurrentes anni illius id est II.
fiunt XXXI. his quoque adice regulares IIII. & erit omnis summa XXXV. partire per VII.
& quinquies VII fiunt XXXV. & nihil remanent quia septima feria erit luna XIIII.
IIII kl. apr. & XV III kl. apr. ipse est dies dominicus paschae. & iam sic per singulos circuli
decennouenalis annos semper his regularibus & hac ratione annuis epactarum detractis diebus
XIIII sine errore repperies lunam. & illis regularibus cum concurrente numero praescripto
inuentis feriam quoq. XIIII lunae sine scrupulo inuestigabis. & sic conputatis feriis quae
supersint septimanae illius lunae quoque aetatem crescentis singulis adpone diebus
& tum simul locum lunae & aetatem certissime inuenies.

H aec dilecte comes proprio argumenta labore
D escripsi tibi met tu dic quo munere meum
C erta res hodie dotalia dum tibi fessus

EPISTOLA BEDAE AD UICTHADUM PRAESBITERUM DE AEQUINOCTIO

Reuerentissimo ac scissimo fri uicthaedae praesbitero beda optabilem in dno salutem.
Libenter accepi litteras tuae benignitatis amantissime in xpo frater. & capitula quae
rogasti propius describere ac tibi dirigere acceleraui. Memor familiaritatis ac dul
cedinis qua cum illo aduenissem me suscepisti. Sed & quaestionem illam merito famosam
de historia ecclesiastica super quam me interrogasti praesentem. cui tunc breuiter ut
potui respondi. nunc latius etiam explanare studui. Hoc est de aequinoctio uerno
quod in libro praefato anatholius antistes reuerentissimus in XI kl. apr. die adnotasse
perhibetur. Cum caeteri aegiptiorum magistri hoc magis in XII kalendarum earundem
die adnotandum esse decernant. Dicit namq. scs proterius alexandrinae antistes ecclesiae
ad beatissimum papam leonem scribens de pascha. & manifeste quidem secundum cursum
solis XXV die mensis famenoth quid est XII kl. apr. aequinoctium esse cognoscitur. famenoth

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1449/0035